IN PROVERB. XXIII. 2[illegible]

DA MIHI FILI COR T[illegible]

AD

VENERABILEM CL[illegible]

DIOECESEOS HERTZ[illegible]

QVUM EANDEM

SERENISSIMI AC POTEN[illegible]

REGIS POL. ET ELECT[illegible]

JUSSU CAPESSERET

VERBA PRIMA FAC[illegible]

M. JOAN. CASPARUS S[illegible]

EX PASTORE GRUNHAYN.

SUPERINT. HERTZBE[illegible]

A. R. S. MDCC XXVII.

XIII. 2.

OR TUUM

I CLERUM
ERTZBERG.

EM

OTENTISSIMI

LECT. SAX.

ERET

A FACIT

US SIBERUS,

UNHAYN.

RTZBERG.

XXVII.


1465

VIRIS
PL. REVER. CLARISS.
DOCTISSIMISQUE
EPHORIÆ HERZBERGENSIS
CIRC. ELECT. SAXONICI
ARCHIDIACONO, DIAC.
ET PASTORIBUS.

DN. CHRISTIANO DONNER, ECCLESIÆ HERTZBERG. ARCHIDIACONO.

M. SIMONI REUTER, DIAC. HERZB. ET PAST. IN FRAUENHORST ET MADEL.

M. CHRISTIANO FLECK, PAST. PALÆO HERZBERGENSI.

MELCHIORI KUSTER, PASTORI ROESENSI.

M. GREGORIO WERNERO, PAST. IN BAYERN. FROMMERSWALDE ET ZUHLSDORFF.

GODOFRED. NEUMANNO, PAST. REHFELDENSI.

DN. M.

DN. M. JO. GEORG. HORNBERGERO,
PAST. IN DOBRICHAU ET LESDEN.
M. JO. CHRIST. SEYDLIZ, PAST. IN
BUCKAU.
M. JO. HEINR. HAINONI, PAST. IN
ARNSNEST.
HENRICO WAGNERO, PAST. SEN.
IN DUBRO.
MARTINO SCHURICHT, P. SUBSTIT.
IN DVBRO.
JO. FRIDR. GÜTTE, PAST. IN WIL-
DENAU ET WERCHAU.
GODOFR. KÆSTNER, PAST. IN
KNIPPELS ET WIPPERSDORFF.
M. ERDMAN. GODFR. CAMEN-
TIO, PAST. SCHOENWALD.
M. DANIEL FRIDR. FABRICIO.
PAST. IN AHLSDORFF.

Suis in Chriſto P. & F. omni mentis
Integritate amandis

M. JO. CASP. SIBERUS
EPH. HERTZB. S.





UumSapientia divina a quovis Sapientiæ cupido Cor ſibi dari poſtularet, non levem ſibi rem, ſed omnium pretioſiſſimam & ad amplexum ſapientiæ maxime neceſſariam petiit; quum abſque illo, ſive auribus commendetur, ſive marmori inſcribatur, aut parum aut nihil profutura eſſet (1). Neque enim ullum, ut cum *Ocello Lucano* loquar, ἐκμαγεῖον reperiri poteſt, quod tantum theſaurum, qualis eſt Sapientia, felicius ſuſcipiat, tutius ſervet, atque prudentius in omni neceſſitate, collocet ac diſpenſet. Verum hic difficile quæſitu, quid ſub denominatione CORDIS Veteres Philoſophi deſignarint, illudne

(1) *Iſidorus Pelus.* Ep. L. III. 202. *Παρεκελεύσατο ὁ Θεὸς· Λαλήσατε εἰς τὴν Καρδίαν Ἱερουσαλὴμ. Οἱ μὲν γὰρ εἰς τὰς ἀκοὰς λαλοῦντες πολλοὶ, οἱ δὲ εἰς τὴν καρδίαν ὀλίγοι.*

illudne primarium sanguinis humani receptaculum, quod intra thoracem conclusum, quod tot catenis veluti devinctum, tot munimentis costarum circumdatum, in hac securitate sua dominatum quasi quendam obtinet, & a singulis corporis humani partibus censum & vectigal recipit; an vero aliud quidpiam, quod, quum cor inter cetera præstet, a corde tantum denominationem habeat. Fuere, qui CORDIS vocabulo inhærentes prorsus existimarunt, non alibi sapientiæ sedem, nisi in corde constituendam, quam omnium Stoicorum fuisse doctrinam Chæronensis asseruit, Quum enim alii regiam Sapientiæ in cerebro duce Pythagora Platoneque collocarent, alii inter supercilia, quod Strato fecit: alii in toto corpore: (2) Stoici tamen in sua opinione perstiterunt. Equidem Empedocles, unus illorum, exiguo flexu

---

(2) *Tertullianus Libro de Anima* summa cum cura legendo, ut omnes illorum, qui de Anima scripserunt Cap. XV. de Animi sede in corde ita scribit: Christiani, qui apud Deum, de utroque ducimur (i.e. de utroque, Mente, ejusque sede docemur) & esse principale, in anima, & certo in corporis recessu consecratum. Ne igitur extrinsecus agitari putes principale istud, secundum Heraclitum, neque per totum corpus ventilari, secundum Moschionem, neque in Capite concludi secundum Platonem, neque in vertice præsidere secundum Xenocratem, neque in Cerebro cubare secundum Hippocratem, sed nec cerebri fundamento ut Herophilus. Nec in membranulis ut Strato & Erasistratus: nec in superciliorum meditullio, ut Strato Physicus, nec in tota lorica Pectoris, ut Epicurus. Sed quod & Ægyptii renunciaverunt, & qui divinarum commemoratores videbantur. Namque homini sanguis circumcordialis est sensus.

flexu τὸ αἷμα τὸ περικάρδιον seu Sanguinem Circumcordialem eligere maluit: attamen hoc ipso non nisi τὴν καρδίαν intellexit. Eorundem consors (3) Chrysippus communem societatis opinionem exemplo demonstrare ausus est, sed debili & ludibriis excepto: attamen aliis non defuit fortitudo, quominus stabilem hanc suam divinationem facerent. Et eadem profecto doctrinæ Christianæ Principibus, non adeo inepta apparuit, quominus susciperent; unde Hieronymus plenum Stoicis suffragium tulit Epistola ad Fabiolam CXXVIII. idque ad ipsum Servatoris doctrinam provocans, quanquam in eo Tertullianum summum Philosophum anteambulonem habuerit, Libro de Anima τὸ ἡγεμονικὸν in cordis recessu collocantem. Ex eo Davidem ait Cor sibi purum petiisse, hinc Servatorem Cor mundum prædicasse: hinc Paulum dixisse: corde credi ad Justitiam. Nuper admodum vir de humanis divinisque literis optime meritus, (4) dum Sextum Empyricum illustrat Philosophos irridentem, quod Mentis, sive sapientiæ sedem demonstrare nequeant, in Notis eruditis ostendit omnes Ebrææ gentis & vicinarum, scriptores mentem in corde sitam credidisse. Et ex Ebreis quidem Philonem (5) citat statu-

---

(3) Ridiculam Chrysippi demonstrationem, quod Cor animi sedes, Galenus exhibet L. II. de Placitis Hippocratis apud *Ægid. Menagium* in observ. ad Chrysippum Laërtii L. VII. §. 159. Quo loco copiosius de illa sententiarum diversitate disserit.

(4) Vid. *Jo. Alb. Fabr.* ad L. VI. Sexti Empyr. qui adversus Logic. L. I. p. 432.

(5) *Philo Libro de Sacrif.* Abelis & Caini. Ὁρῶ δ᾽ ἔγωγε ἐν ταῖς

[illegible] ideo sibi [illegible]
[illegible] cerebrum, animalium nobilissimum, quod [illegible] que ac vitiorum capax esset. Sed observo ex hoc Philonis loco certo illud statui non posse, an Ebrei vel cor, vel cerebrum pro sede mentis habuerint, quia Philo utriusque mentionem fecit, unde ipsum fluctuasse patet, vid. Philo extremo Libri de sacrificii [illegible] Abelis & Caini. Etiamsi vero ex Philone id non satis demonstrari queat, attamen ex infinito Dictorum numero liquet, Deum quum de internis animi facultatibus loqueretur, nunquam non CORDIS vocabulo usum esse. Videri posset Servator Cordis vocabulo [illegible] ndo germana significatione usus, nempe dum L[illegible] XI. 24. monet, ne *καρδία* ingurgitatione gravaretur [illegible] alibi, strictum & metaphoricum significatum [illegible] obaverit, quemadmodum id Matth. XIV. [illegible] patet. Exinde vero multum confere [illegible] vetustissimos scriptores, quicquid quam [illegible] abstrusum, occlusum, & a conspectu oculi humani remotum esset, id ΚΑΡΔΙΑΝ appellari. Apud Theo-

---

θυσιῶν διατάξεσι τρία προστεταγμένα ἀναφέρειν ἀπὸ τῶν ἱερείων τὰ πρῶτα. Οὐδαμοῦ δὲ ἐγκέφαλον ἢ καρδίαν, ἅπερ εἰκὸς ἦν πρὸ τῶν ἄλλων καθαγιάζεσθαι, ἢ ἐν τῷ ἑτέρῳ τούτων τὸ ἡγεμονικὸν ἀνομολόγηται. Mox ait *τὴν χώραν τὴν δεδεγμένην ἄμφω τὰ μαχόμενα, καλόν δὲ καὶ αἰσχρὸν ὁ νομοθέτης ἀπὸ τῶν βωμῶν κατεβίβασε.* Attamen rursus fatetur *ἐν τοῖς ὁλοκαυτώμασι* & cor & cerebrum, totamque adeo victimam esse combustam, *ἔξω γαστρὸς σκυβάλων καὶ δερμάτων.* Posset dubitari de hoc Philonis asserto, quippe quem multis in rebus rituum patriorum summopere ignarum fuisse multi demonstrarunt. vid. *Lundius de Sacr. Jud.* p. 125.

Theophrastum Hist. Pl. L. I. Cap. IV. dum partes plantarum & arborum describit, & ad medullam usque penetrat, sive, μύελον, mox ait, καλȣσι δὲ τίνες τȣτο καρδίαν. Quod quum tantundem aliqui esse vellent ac Ἐγκέφαλον, solidis rationibus BODEUS A STAPEL eruditissimus illius interpres ostendit, Cerebrum & cor arborum ita distare, ut ΚΑΡΔΙΑ in universum arboris stipitem se extendat, cerebrum tantum in summo capite reperiatur. *Hoc vero est* ἐγκέφαλον, *quod Joannes Prodromus edit, quod* τῶν ἀκρίδων (6) *voce deminutiva expressit, cujus origo* τὸ ἄκρον *sive* τὸ μετέωρον ὑψηλὸν *apud Hesychium. Ex quo* ἄκρις *tam facili & nativo fluxu descendit, ut, qui negent, id de arborum summis articulis dici, non nisi ignorantiam prodant.* Jam quum plantis arboribusque magna sit cum corpore humano convenientia, possetque adeo insigni analogia arborum medulla vel μήτρα pro corde haberi, attamen constat etiam in majoribus corporibus, id, quod intimum & profundissimum, καρδίαν, non ἐγκέφαλον dictum esse. *Hesychius*, judiciosissimus vocum antiquarum interpres docet, Maris profunditatem, sive βυθὸν, καρδίαν esse dictam. Ejus autem demonstratio ex Jonæ Vatis Cap. II. depromta, ubi ex versione LXXVirali τῆς καρδί-

B ας

(6) Prodiit nuper apud Gallos Liber de *Missionibus Patrum Soc: J.* in Orientem A. 1725. ubi ex Epistola *Patr. Nereti* edocemur Palæstinæ incolas his palmarum summitatibus, quæ Theophrasto ἐγκέφαλος sunt, vesci, hasque, & ἀκρίδες, & locustas vocari. Unde tam vanum quæsitu fuerit an Joannis Prodr. tempore Arbores in his regionibus fuerint, quarum extremæ virgulæ ἀκρίδες dicerentur, ac si quis quærat, an Augusti Tiberiique tempore in Germania arbores fuerint, quarum fruges glandes appellarentur.

ας vocabulum maris profunditati applicatur; ac iterum intimis terræ visceribus, quum quæ Jonæ per typum acciderunt, ad Christum Antitypum, in terræ penetralibus sepultum, referuntur: ἔτως ἔςαι ὁ υἱὸς τῦ ἀνθρώπε, ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς. Matth. XII. v. 40. Ita autem propius dedúcimur ad intellectum, quid τῆς καρδίας flagitatióne a Sapientiæ studioso expetitum fuerit, nempe id, quod unicuique intimum, & ab externo homine plane distinctum, quippe qui, ad apprehendendam Sapientiam divinam, nulla ratione aptus, quum solos tantummodo proferat oculos aut aures aut linguam, etsi animus, tanquam internus homo absit. Es. XXIX. 13. Unde certissimum, sub frequentissima cordis flagitatione, τὸν ἔσω ἄνθρωπον. Rom. VII. 2. & τὸν κρυπτὸν τῆς καρδίας ἀνθρώπον 1 Petr. III. 4. designari. Hunc autem internum hominem τῷ πιλήματι cordis comprehendi, aut sanguini Circumcordiali veluti innatantem sibi fingere, stultissimum: ex adverso justissimum credere, sub cordis consecratione omnia illa requisita posci, quæ jam tum 1. Chron. XXIII. XIX. & a Servatore, in Amore Numini exhibendo, conjuncta sunt Marc. VIII. 30. Luc. X 27. nempe ὅλη καρδία, ὅλη ψυχὴ, διάνοια. Quæ Servatoris Interpretatio ad Cordis cognitionem excellentissima, adeo ut nemo illorum, qui significantius ea de re loqui voluerunt, votum attigerit. Laudatus *Hesychius*, qui omnes profanos sacrosque Interpretes perlegit, perreptavitque, ubi eandem vocem explicat, solum λογισμὸν posuit, unde summo Jure, ad illud ὅλον Servatoris abeundum, qúum alias λογισμὸς etiam Chrysostomo, Cordis loco adhibitus, ferri queat, tanquam omnium ἐνθυμημάτων ταμεῖον. Pertinet sane ista ad Deum gloria, quippe qui τὰ κρυπτὰ τῦ ἀνθρώπε solus manifestare

potest

poteſt: unde & Servatoris verba ſufficere debent ad deſignandum, quid ſub καρδίας flagitatione, dari Deo debeat, nempe ὅλη ψυχὴ, διανοήματα πάντα, λογισμοὶ, & ſi quæ alia ſub inpenetrabili mentis abyſſo Lingua nondum elocuta eſt. Cum Servatoris mente jam pridem Davides ſenſit, qui, quum toties de Cordis ſui oblatione locutus eſſet, nihil aliud indicavit, niſi quod eadem frequentatione, ſub animæ & cogitationum Schemate expreſſerat. Hic vero internus homo, hæc anima, poſcitur a Deo, quod licet illius qualitates homini plane detectæ non ſint, attamen tales ſint, ut homo corpore quantumvis occupato, mente nihilominus ad Deum aſcendere, ſuperare cœlos, meditari divina, angelico quaſi munere defungi queat. Ex quo vix mihi temperare poſſum, quin Sancti illius Philoſophi *Severini Boëthii* aureos de mente verſus, licet in carcere decantatos proferam, quippe quibus, ſicut & integro Libro, adeo Sapientes viros demulſit, ut in omnes prope linguas fuerit translatus, ſuperante in hoc genere reliquos *Alberto d' Aguajo*, cujus Interpretationem cum ipſo Textu Boethii pari pretio habendam *Ambroſius Morales* cenſuit. Ita vero ille canit:

Sunt pennæ volucres mihi,
Quæ celſa conſcendant Poli,
Quas ſibi cum velox mens induit,
Terras peroſa conſpicit,
Aëris immenſi ſuperat globum,
Nubesque poſt tergum videt,
Donec in aſtriferas ſurgat domos,
Phœboque conjungat vias. &c.

Iſta hominis interni aptitudo, ac volatilitas, Myſticos aliquot ſcriptores permovit, ut quasdam ſibi figuras eandem

 adum-

adumbrantes excogitarent. Quod *Augustini* Hipponensis editores fecerunt, quum S. Præsulem brachio elevato pingerent, cor flammas evomens, Deo offerentem: ac alii editores *Constantini Barbansonii*, qui ante Semitas occultas Amoris Divini cor alatum, & quadrigis impositum, funibusque sursum tractum, laminis æreis inciderunt. Quas phantasias bona Interpretatione sublevari velim, sicut & alias pias traditiones, animo fortassis haud fraudulento, de *S. Ignatio Antiocheno* (7) aliisque, sub veritatis clypeo temere propagatas, &, sub hoc nomine non solum a Poetis, sed & Historiæ scriptoribus celebratas. Debet vero in hac interni hominis facultatumque flagitatione, divinæ Sapientiæ obtemperari, quippe cui excellentissima, modo superessent, ἀντίδωρα deberentur, tanquam omnium Bonorum Largitrici, quæque ipsius Cordis, h. e. summi & flagrantissimi Amoris oblatione nobis satisfacit: Etiamsi enim per gratam Συγκατάβασιν Divina Bonitas figuratis dictionibus utatur, attamen multo plura se dedisse testatur, quam si vel ipsum cor quotidie contrectandum conspiciendumque daret. Unde non satis fidei mihi habere videntur illæ visiones Ecstaticæ, quum Servator una cum B. Virgine, corda sua B. Joannæ Valesiæ (8) Reginæ in Disco

(7) *Casimirus Sarbievius Libro Epigram.* Num. CXI.

Aurea in Ignatio fulgent cognomina corde
 Hic tria Tu Tecum nomina, Christe, locas.
Sparserat effuso Martyr cor sanguine: de quo
 Aurea te referens litera facta fuit.
Unde potest fulvum mutari sanguis in aurum?
 Sed tamen est sanguis Martyris: ergo fuit.

(8) Præstat hic afferre quædam Exempla earum Personarum, quibus tam insolentes de Corde Christi dato, aut suo abrepto, immutatove visiones contigerunt.

Diſco obtuliſſe apud Hilarionem a Coſta leguntur; Neque an prudens ſatis fuerit petitio Virginum Sabaudarum

---

Hilarion a Coſta in Vita B. Joannæ Valeſiæ Reg. Urbano VIII. P. R. dedicatæ, ita ait: Sub ſacrificio Miſſæ in Ecſtaſin rapta vidit Chriſtum, ejusque matrem duo Corda in diſco ſibi offerentes. Volens proinde & ipſa cor ſuum ſecundum Chriſti petitionem apponere, manum in ſinum miſit, illudque non reperiens plane obſtupuit, dulciſſimo Jeſu ſuaviter ei arridente. Sed nihil mirum, ſi non repererit, quod jam cordi Chriſti unitum in eo magis quam in proprio corpore vivebat.

Raimundus Capiſucchus, Ord. Præd. Gener. in vita Cathar. Senenſis L. II. c. 6. Cum illa oraſſet ferventius: Cor mundum crea in me &c. videbatur ei, quod ſponſus ad eam ſubito more veniret, ejusque latus ſiniſtrum aperiens cor abſtraheret & diſcederet, ſicque ipſa ſine corde maneret. Quæ viſio adeo efficax, ut Confeſſori ſuo diceret, ſe cor non habere in corpore. Quadam autem die, Chriſtus iterum latus ejus aperuit, ſuumque cor, quod in manibus tenebat intromittens ait: Ecce, Filia Cariſſima, ſicut pridie Tibi abſtuli Cor tuum, ſic in præſentiarum Tibi trado Cor meum, quo ſemper vivas. Remanſit in ſignum miraculi, loco illo, cicatrix obducta. Et ab illa hora dicere non poterat: Domine commendo Tibi Cor meum.

In Vita B. Magdal. de Pazzis P. II. p. 223. ita ſcribitur, quod ad inſtantes illius Preces cordi illius inſcripta fuerint verba; Verbum caro factum eſt: Deinde P. II. p. 332. Videbat Dilectum, quaſi vellet ipſi dare cor ſuum. Nec mora! Jeſum alloquens dixit: O Jeſu mi! fac ut nemo agnoſcat, quod dones mihi cor tuum! Poſt quas preces viſa eſt facies clareſcere, & aperiens brachia, verſusque ſponſum ſuum ſe elevans, recepit Cor ejus.

Thomas Cantiprat. in Vita S. Ludgard. L. I. c. 1. *§.* 12. Facta eſt communio Cordium, vel potius unio ſpiritus increati & creati. Attende, Lector, mira dicturus ſum: ab illo die ſicut nutrix cum flabello infantulum cuſtodit, ne muſcarum protervitas inquietet: ita in oſtio cordis ejus Chriſtus ad Cuſtodiam hæſit, ut

rum (9) Pontifici R. Clementi XI. A. R. S. MDCVII. supplicantium, ut peculiare Festum in Venerationem Cordis Christi institueret; quibus prudentissimus Pontifex non illico

---

non turbatio, nec turpis cogitatio, vel ad momenti spatium ipsam perturbaret.

Franciscus Silvester in Vita B. Osannæ Mantuanæ L. III. c. I. Christo cœlesti connubio juncta, summa fide Cor sibi alterari petiit. Excipit ille sponsæ preces: Nam ad eam summo splendore cœli delapsus, aperto ejus latere, inde COR propria evellit manu. Tum illud sibi inspectandum offerens, videto, inquit, sponsa, COR est, quod hactenus gessisti. Videbatur autem majorem partem esse pallidum. Aliquantum post exemtum Cor, inanimis illa perstitit: Post modicum, alterum cor ferens, quod innumeros radios habebat, id priore recondidit loco.

(9) *Dilectis in Christo Filiabus, Præpositæ, & Monialibus Ord. Visit. B. Virg. Mar. Annesii*

in Sabaudia.

Clemens P. P. XI.


Ne præterire videamur id, quod tantopere exoptare scribitis, ut scilicet in spirituale Fidelium, præsertim instituti vestri Solatium peculiaris cultus erga Sacratissimum COR Jesu Christi Redemtoris nostri, in Ecclesia approbantibus nobis instituatur: Scire vos volumus, preces hujusmodi vestras subiisse jam pridem, & (prout e re esse propter adjectam a vobis nuper rationes dijudicabitur) iterum subituras examen in Congregatione Sacrorum Rituum; sed probe interim ac pie facitis, dum hæc vota vestra & omnem, quam de promovendo hoc cultu suscepistis, sollicitudinem, Divinæ voluntati subjicitis, certæ, æquanimiter expectare judicium, mature ac provide deliberantis Ecclesiæ, quod aliud non est, quam recta, & compendio quo-

illico applausit, sed Congregationi Rituum rem definiendam post se reliquit. Vid. T. III. Ep. Clem. XI. A. 1707. p. 374. Certum est piis, sibi, de mente Servatoris prorsus benevola, haud quaquam dubitandum, etsi eandem, figuris humanis expressam, non videant, tantam videlicet, in qua ex æquo reddenda, omne artificium flaccescit. Ceterum præter hanc divinæ benevolentiæ ad nos provocationem præsto cuique est, Cordis, sive interni hominis pravitas, & si mollissime loqui liceret, imbecillitas, quam non nisi a Deo in melius mutari posse, innumera Veritatis divinæ oracula declarant. Ille solus est, qui τὸ ἀναίσθητον καὶ ἀνάλγητον cordis tollere, ejusque loco sanctum obsequium dare potest, quod egregie admodum Jsidorus Pelusiota, Epistola ad Theodosium Presbyterum, explicuit, dum docet καρδίαν εὔεικτον καὶ πειθήνιον καὶ τοῖς πνευματικοῖς θεσμοῖς εἴκουσαν, a Deo tantum accersiri debere. Ille solus, qui ἀφανισμὸν τῶν ἀνθρωπίνων λογισμάτων, viceque versa copiam θειοτέρων νοημάτων largitur. Ille qui καρδίαν ἄδολον, ἀνυπόκριτον, ἀδίστατον καὶ μηδὲν νοθρὸν καὶ ὕπουλον ἔχοντα impertitur, adeo, ut illa τοῦ αὐτεξουσίου mutatio soli divinæ

---

dam ad ipsum Cor Domini pertingere. Nihil sane gratius hoc obsequio præstare potest anima fidelis Cœlesti Sponso, qui, ut ostendat dilectam simplici ac humili mentis obtutu & flexibili docilitate gratiam invenisse, Vulnerasti, ait, cor meum, soror mea, sponsa, quo pariter nomine probari meruit Propheta, de quo Dominus: Inveni David Virum secundum Cor meum. Atque hæc in commendationem devotionis vestræ dicta esse volumus, Dilectæ, in Christo Filiæ, quas cœlestis gratiæ rore perfusas esse cupimus, in cujus boni auspicium Apostolicam vobis Benedictionem peramanter impertimur. D. Rom. ad S. Pet. sub An. Pisc. IV. Jun. 1707. Pontif. N. A. VII.

divinæ Chirurgiæ ſit commit
lomoneis primam mihi ad E
Vos potiſſimum, Viri plurimu
viam aperire, & mentium ve
tiæ divinæ ductum ſvaviter t
quisque Veſtrum ante omnia D
committat. Equidem id ja
certa firmus credo, idque
fructibus, qui tum in Vobisn
veſtris pulcherrime ſe oſte
obſit, pronos probosque
que a Deo majores gradus τ
cedatis, ut aureo Salomonis
Vos ad Deum pertraham. N
ſi, poſteaquam Deo dantur, q
benigni Cordis fructum, au
in finem expetam, ut unito
junctisque viribus invicem D
in deducendis ad ipſum mor
ſcit ſane hoc ipſum commun
gis autem divina, ut, qui con
ſint mente præditi, commu
Devinciantur igitur animi n
diæ, & quatenus decet, Vene
tis arrha invicem data, divina
peremus, ſicque ſpem noſtra
reponendo, certo credamu
conſecratione, & dul
fructus, conſe



it committenda. Volui his verbis Sa-
mihi ad Ephoriam Cardianam & ad
ri plurimum Reverendi & Clarissimi,
entium vestrarum januas ad Sapien-
suaviter tangere, cohortarique, quo
te omnia Deo Ter Opt. Max. suum Cor
idem id jam pridem esse factum, spe
o, idque quodammodo colligo, ex
in Vobismetipsis, tum in Auditoribus
ne se ostentant. At quum nihil
obosque magis impellere, dentur-
gradus τῆς Καρδιελκίας; quæso con-
Salomonis oraculo magis, magisque
aham. Neque tamen mihi fraudi sit,
dantur, quæ Dei sunt, aliquem illius
ctum, aut saltem particulam, eum
, ut unito Corde, unitis mentibus,
invicem Deo serviamus voluntatique
psum mortalibus satisfaciamus. Po-
communis Amoris Lex, multo ma-
ut, qui communem causam agunt, una
, communemque operam præstent.
ır animi nostri sanctæ Pacis, concor-
ecet, Venerationis vinculo: qua Pieta-
data, divinæ Sapientiæ monito obtem-
pem nostram in Patris cœlestis ἑλκυσμὸν
o credamus, nos ex illa Cordis nostri
ione, & dulces & perennaturos
ctus, consecuturos esse.

